uitamini. Qui prompte et celeriter facit libentius facit.
Ingratia quidem beneficia destruit cui tribuit ulterior
negatio. Ideo tu te celeres facilitate querelam. Irascenti est
quod indigentium nostram ante dimittis absconditum. Sic
efficies ut animum tuum plus extimet quam donum
exhibitum. Tunc est magnitudo tribuentis cum ille No
qui recipit magis se putet esse lucratum quam de notitia tri-
buentis quam quod beneficium receperunt. Displicentia sunt
beneficia que extorquentur. Nam equiori animo quedam
Quod facias fac citius. precidi patiuntur spem suam quam protrahi. Tanto gratie
detrahis quantum more adicis. Omnis libenter
facientis est cito facere. Qui munus dando in tempus pro-
trahit duas res perdit et tempus et argumentum amice
voluntatis. Demum non sunt exasperanda beneficia
nec eis aliquid triste adiacendum, immo si aliquid querele
habemus aliud adiacendi tempus eligito. Ab homine duro
beneficium acceptum panis petrosus vocatur quem sumere
quamvis summe non esurienti grave est. Quedam palam
Quod beneficia fieri debeant secrete. beneficia tribuenda sunt, quedam secrete. Palam que
consequi gloriosum est. Que ad egestatem vel egritudini
consulunt tacite danda sunt, ut nota sit solum qui-
bus proficiat. Interdum est qui iuvatur fallendus